



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum modestia sit pars temperantiæ? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

sed dicitur saeuus circa ¶ veritatem, propter aliquam ¶ al. seuz  
 similitudinem sauitiæ, quæ non est diminutua pe- ritatem  
 narum.

Ad tertium dicendum, quod remissio in punien-  
 do non est vitium, nisi in quantum prætermitti-  
 tur ordo iustitiæ, quo aliquis deberet puniri pro-  
 pter culpam quam excedit crudelitas. Sauitia au-  
 tem penitus hunc ordinem non attendit. Vnde re-  
 missio punitionis directè opponitur crudelitati, non  
 autem sauitiæ.

QVÆST. CLX.

*De Modestia, in duos articulos diuisa.*

**D**Einde considerandum est de modestia. Et primo  
 de ipsa in communi. Secundo, de singulis quæ  
 sub ea continentur.

¶ Circa primum quærentur duo.

¶ Primo, verum modestia sit pars temperantiæ?

¶ Secundo, quæ sit materia modestiæ.

ARTIC. I.

*Verum Modestia sit pars temperantiæ?*

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod mo-  
 destia non sit pars temperantiæ. Modestia,  
 enim à modo dicitur. Sed in omnibus virtutibus re-  
 quiritur modus. Nam virtus ordinatur ad bon-  
 um. Bonum autem, vt August. dicit\* in lib. de  
 Natura boni, consistit in modo, specie & ordine.  
 Ergo modestia est generalis virtus. Non ergo debet  
 poni pars temperantiæ.

¶ 2 Præterea, Laus temperantiæ videtur confi-  
 sere præcipue in quadam moderatione. Ex hac au-  
 tem sumitur nomen modestiæ. Ergo modestia est  
 idem quod temperantia, & non pars eius.

¶ 3 Præterea, Modestia videtur consistere circa  
 proximorum correctionem, secundum illud 2 ad Ti-  
 moth. 2. Seruum Dei non oportet ligare, sed man-  
 uerum esse ad omnes: cū modestia corripientem eos  
 qui resistunt veritati, Sed correctio delinquentium,  
 qui resistunt veritati, Sed correctio delinquentium.

Z 3 est

776

Supra 9.  
 142. Et 2  
 d. 94. q. 2  
 a 1. ad 3.  
 Et 3. dif.  
 33. q. 7.  
 a. 2. q. 2.  
 10. Et ad  
 7. Et ad  
 Ti. 3. 10. 2  
 6. 3. 10. 6.



9.33. a. 1 est actus iustitiæ vel charitatis, ut supra habitum est \*.  
Ergo videtur quod modestia magis sit pars iustitiæ,  
quàm temperantiæ.

\*lib. 2 de  
Inuen. in  
fol. 3. an-  
te fin.  
9.141. a.  
4 et 157  
ar. 3.  
SED contra est, quod Tullius \* ponit modestiam  
partem temperantiæ.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra  
dictum est \*, temperantiæ moderationem adhibet  
circa ea, in quibus difficillimum est moderari, scilicet  
circa concupiscentias delectationum tactus. Abi-  
cunque autem est aliqua virtus specialiter circa ali-  
quod maximum, oportet esse aliam virtutem circa  
ea quæ mediocriter se habent: eo quod oportet,  
quantum ad omnia, vitam hominis secundum vir-  
tutes esse regulatam: sicut supra dictum est \*, quod  
magnificentia est circa magnos sumptus pecuniarum,  
præter quam est necessaria liberalitas, quæ fit circa  
mediocres sumptus. Unde necessarium est quod sit  
quædam virtus moderatiua in alijs mediocribus, in  
quibus non est ita difficile moderari. Et hæc virtus  
vocatur modestia, & adiungitur temperantiæ tam-  
quam principali.

9.134. a.  
3. ad 1.

Ad primum ergo dicendum, quod nomen com-  
mune quandoque appropriatur his quæ sunt infima:  
sicut nomen commune angelorum appropriatur in-  
fimo ordini angelorum. Ita etiam & modus qui  
communiter observatur in qualibet virtute, approp-  
riatur specialiter virtuti, quæ in minimis modum  
ponit.

Ad secundum dicendum, quod aliqua indigent  
temperatione, propter suam vehementiam: hoc  
forte vinum temperatur. Sed moderatio requiritur  
in omnibus. Et ideo temperantiæ magis adhibet  
ad passiones vehementes, modestia verò me-  
diocres.

Ad tertium dicendum, quod modestia accipitur ibi  
modo communiter sumpto, prout requiritur in omni-  
bus virtutibus.